

in quo fuerit ea res immobilis, cuius hæc sunt veluti partes; & in quibus hæc collocantur. Ita Lassare vbi supra a num. 30. & nos copiose disputa. 384 diximus, ex venditione, ac permutatione cæsus realis, deberi alcaualam in loco, in quo sunt res immobiles, si per quas collocatur, aut est collocatus: & quædo collocatur in diversis rebus, varijs, in locis existentibus deberi in omnibus eis locis, in unoquoque pro rata valoris prædij, aut prædiorum, quæ sunt in alijs locis. Legeque ibi dicta sunt.

9 Dubium est, si vendantur arbores aliquot, solo adhuc affixa; num venditio illa censenda sit rerum immobilium, vt alcauala pertineat ad conductorem alcaualam hæreditatis, & vt venditio illa, quoad alcaualam, sequatur regulas venditionis rerum immobilium: an vero venditio illa censenda sit rerum mobilium. Plantæ quippe, dum adhuc solo sunt affixæ, partes rerum immobilium esse videntur, dominiumque earum ad dominum soli spectat, vt fæpe in hoc legi de tractatu dictum est, esto autem emptione ius habeat eas excidentis, si alijs separatione efficiendi. Placet vero sententia Lassare vbi supra n. 33. cum Tiraquesto. Nempe si arbores illæ vendantur, vt excidentur, a solo separentur, & fiant res mobiles, atque ementis, venditionem illam censendam esse rerum mobilium perinde atque quando fructus pendentes venduntur, vt separentur: licet enim dum emuntur & pendunt, partes sint rei immobilis, puta prædij, in quo plantæ sunt affixæ: separanti tamen res sunt mobiles, atque per epichæiam, etiam dum pendunt, censendi sunt empti, vt res mobiles, quando quidem emuntur vt separentur, fiantque separatione res mobiles. Si vero plantæ aliquot emantur, vt perseuerent affixæ in eodem solo, indeque fructus ab emente ex illis percipiuntur, tunc emptio earum plantarum censenda est emptio rerum immobilium, partive hæreditatis, in qua sunt affixæ.

10 Dubium est, si vendatur actio ad rem, siue mobilem, siue immobilem (vendi enim posse disputa. 340. ostensum est) vtrum censenda sit venditio res mobilis, aut immobilis, & vbi censenda sit tunc esse res vendita. Ad hoc dicendum est, vt ex dictis disputa. 202. & 465. facile patet, non censendam esse venditam rem proprie mobilem, aut immobilem, sed rem incorporalem; quæ ad tertium quoddam genus rerum spectat. Atque, quod ad rem præsentem attinet, censendam esse venditam rem mobilem, hoc est, ius & actionem competentem creditor ad eam rem mobilem, aut immobilem, quod ius & actio in ipsomet creditore illud vendente residet, ac proinde res vendita censetur esse in loco, vbi fuerit creditor ipse tempore venditionis, ac sessionis talis iuris & actionis, vt probe Lassare vbi supra a num. 36. ait. Eo autem ipso quod venditio est perfecta, atque solutum est pretium, transiit sine ulla cessione per venditorem eius actionis ac iuris, transiit etiam actio directa, vt disputa. 340. citata comprobatur est. In quo ergo loco solvenda sit alcauala talis venditionis, regulandum id est iuxta ea, quæ de venditione rerum mobilium dicta sunt, atque censendum est, rem venditam esse, vbi fuerit venditor tempore celebrationis venditionis.

11 Quod si vendatur hæreditas (vendi enim eam posse postquam fuerit delata, disputa. 340. ostensum est) tunc, cum eo ipso, quod illam vendit, esto antea illam non adierit, cæsetur eam adire, velletque esse heres, additione vero ipsa comparet dominium bonorum hæreditatis, vt disputa. 3. ostendimus, vtique vt probe Lassare vbi supra, num. 30. ait, non solum censetur vendere ius hæreditatis incorporale, sed etiam res ipsas, quæ ad additionem ipsius sunt quoad dominium; ac proinde alcauala rerum immobilium talis hæreditatis, quoad valorem pretij, quod eis correspondet, debe-

at in loco ubi fuerint res illæ immobilis (quemadmodum ad remactum in hoc regno rerum immobilium, quando vendita est hæreditas, distinguuntur in hæreditate vendita et in mobilibus, ut in solis immobilibus habeat loci tractatus) alcauala vero rerum mobilium eiusdem hereditatis, pertinet ad locum, aut ad loca, vel celebrata venditionis, vel ubi tempore venditionis fuerint, aut ubi tradita emptori fuerint, iuxta regulas supra traditas circa venditionem rerum mobilium.

Iuxta hæc, quæ de hæreditate vendita dicta sunt, vult Lassare vbi supra n. 40. Si is, cui rei vendicatio competit, quia dominium rei, quam alius possidet, ad se spectat, vendat eundem tertio eam rei venditionis actionem, quæ non secus vendi potest, ac ceteræ actiones, tunc, ad intelligendum ad cuius loci gæbellarium spectat alcauala eius venditionis, non est attendendum ad actionem incorporalem, quæ venditur, & ad locum, in quo est venditor, quando illa vendit ac cedit emptori, iuxta ea quæ unquam de actionum venditione cum hoc eodem autore dicta sunt supra, sed attendendum esse ad locum rei, quæ est vendicanda, nempe ubi existat tempore, quo celebrata est venditio actionis, quæ res ipsa sit tunc vendita, & ad locum, in quo fiet illius traditio, iuxta ea, quæ de rebus hereditariis proxime dicta sunt, quæ hæreditas sui venditio. Ducitur quoniam emptor talis actionis, non consequitur dominium rei vendicandæ, quod erant apud venditorem, ante traditionem rei vendicandæ, & quando ea traditione illud consequitur, non consequitur illud ab eo, de cuius potestate extrahitur, & qui eam tradit, sed a venditore titulo emptionis, atque, cessionis eius actionis, eodem emptionis titulo. Contrarium existimo esse dicendum, nempe excipiendam non esse actionem rei vendicandæ a numero actionum uniuersum, quoad doctrinam de eis venditis traditam. Neque est eadem ratio de hæreditate adita, ac vendita, & de actione rei vendicandæ. Etenim, quando adita hæreditas est vendita, dominium rerum hereditarium, pertinet ad venditorem tpe celebrata venditionis, & postea etiam, si illam apprehendit quod si nondum eam apprehendit, nullus tunc erat possessio sed ad hæredem, qui hæreditatem vendidit, pertinebat eam apprehendere, & facta venditione, & cessione hæreditatis in emptorem est, pertinet ad emptorem eam apprehendere, nõ extrahendo illam de potestate alterius, sed venditore ipso illam tradente: quare res ipsæ hæreditatis simul venduntur, tradendæ ab ipso venditore, siue ipse illas iam possideat, siue non. Quod si alius possessionem hæreditatis apprehendisset, tanquam suæ: & legitimus heres eam adijisset, ac vendidisset cuida tertio, & cessisset in eius ius suum, ut licet illam extraheret de potestate alterius, tunc non ceterentur venditæ res hæreditatis, sed sola hæreditas incorporalis, & actio ad res illas, atque tunc idem dicendum esset de hæreditate ita vendita, quod de actionibus venditis supra dictum est. Quando autem rei vendicatio venditur, sola actio venditur, & non res, quæ est in potestate alterius, nisi remota, & in cõsequentiã alterius, scilicet ipsius actionis, quatenus ui talis actionis restat obtinenda quoad dominium, ac possessionem, seu traditionem. Licet autem emptor cõsequatur potestatem dominium rei vendicandæ, & titulo emptionis, atque, quatenus erat, & perseuerabat venditoris, traditione tamen consequitur ex tertio possessore, ex quo vendicatur, & vna est traditiõne cõsequatur, non sequitur dominium titulo venditionis, ac cessionis talis actionis, quod vsque ad talem usque perseuerant venditoris: unde, quod tunc dominium non consequatur a tertio possessore, nihil impedit, quod a principio, non res, sed sola rei vendicandæ actio sit empta. Hæc de alcauala ex venditione.

Quod

3 Quod verò ad eam attinet, quæ ex permutatione debetur: cum non debeatur, nisi ex contractu permutationis profecto: permutatio verò re perficatur, hoc est, mutua traditiõne vtriusque facta, vt ex vocabulo ipso permutationis liquet, & copiose disputa. 253. & 254. est dictum; consequens profecto est, vt semper in eodem loco concurrant, celebrari permutationis contractum, & existere rem, quæ permutatur, ac traditur, ac proinde, vt semper in eodem loco, in quo existunt ac traduntur res, quæ permutantur, debeatur alcauala, tum rerum immobilium, tum etiam mobilium, ac proinde vt, quod attinet ad alcaualam ex permutatione, seruandum sit, etiam in rebus mobilibus, quod legem 9. tit. 17. lib. 9. nouæ collectæ supra est relatum disponere circa venditionem & permutationem rerum immobilium: quin alcauala non debeatur, nisi quando tradita sit res vtriusque, quæ permutatur. Lassare vbi supra n. 30. & copiosius c. 17. num. 36. iunctis antecedentibus, & sequentibus, quamuis primum admittat, quando permutatio incipit à traditione rerum, quæ permutantur, nullo precedente pacto de permutando in futurum; quando tamen præcessit pactum, quo aliqui se abstinerunt in posterum permutare res mobiles, censet ex illo pacto, attento iure huius regni, quo pactum illud nudum, esto vallatum non sit stipulatione, neque alio vestimento contractuum, parit hodie obligationem civilem, neque licet ab eo penitere, vt disputa. 253. & 277. ostensum, deberi alcaualam, perinde atque ex venditione rerum mobilium mutuo consensu consummatam, ac proinde ad intelligendum, ad cuius loci gæbellarium alcauala ex eo pacto pertinet, attendendum esse ad locum, in quo erant res ex eo pacto permutandæ, quando tale pactum celebratum fuit, & ad locum, in quo postea fiet earum traditio, regulasque traditas circa venditionem rerum mobilium, siuilibet esse seruandas circa eiuusmodi rerum mobilium permutationem. Contrarium existimo verum cum Parladorio libro rerum quotidianarum cap. 3. §. 4. num. 53. Nempe illam non esse permutationem, sed contractum de permutando; & cum alcauala in hoc regno solum debeatur ex venditione ac permutatione, non vero ex alijs pactis, siue nominatis, siue innominatis, & siue nudis, siue vestitis, vtique, sicut ex pacto de vendendo in futurum, esto vallatum sit stipulatione, aut alio contractu vestimento, non debetur alcauala in hoc regno, vt idem Lassare affirmat, eò quod non sit venditio; ita ex pacto de permutando non debebitur. Quare, esto ex illo oriatur civilis obligatio in hoc regno, & detur actio, si tamen contractus mutuo consensu illud rescindant, inique deueniant ad actualem permutationem, non debebitur ex illo alcauala. Id verò, vnde Lassare ducitur, vt illam aliam sibi persuadeat opinionem certè nullius est momenti. Finge enim in hoc regno non esse tale ius, quod ex quocunque pacto, etiam nudo, oriatur civilis obligatio ac detur actio, sed vigere solum commune ius, certe, si præcederet pactum de permutando vallatum stipulatione, aut cohærent in continentem cum alio contractu, ex quo oriatur civilis obligatio, ac detur actio, vel esset confirmatum iuramento, ex tali pacto de permutando in futurum, non deberetur alcauala: quia non esset permutatio, sed pactum de permutando, ex quo non deberetur alcauala, nisi opere compleatur, transeatque in consummatam permutationem; cum tam ex illo oriatur civilis obligatio, & detur actio, stando in iure communi: cum ergo non aliud circa pactum de permutando in futurum, & circa alia similia pacta nuda, sancitum sit in hoc regno, nisi quod ex illis oriatur civilis obligatio & detur actio, perinde ac si vallata essent stipulatione: consequens pro-

Tom. III.

Afecto est, vt id ius peculiare huius regni, non tribuat pacto illi, vt sit permutatio, ac proinde, vt ex illo debeatur alcauala antequam opere compleatur, transeatque in permutationem perfectam, & consummatam, ex qua solum, & ex venditione sancitum est in hoc regno, vt alcauala solvantur, ac proinde vt uniuersim in hoc regno alcauala ex contractu permutationis solum debeatur in locis, vbi fuerint res ipsæ permutatæ, hoc est, in locis vbi facta fuerit ipsarum, aut quarundam earum, traditio, siue tales res mobiles sint, siue immobiles.

Vltimo loco est obseruandum cum Lassare de decim. vend. capit. quarto, numero 41. in conditione 65. conuentionis regni fuisse sancitum, quando alcauala in aliquo loco est enca becada, ita quod ad summam conuentionis contribuere debeant incolæ, seu vicini eius loci quotannis dum conuentio illa, seu enca becamento durat, tunc, quamuis integrum sit cuiusque incolæ, seu vicini, transtere domicilium in alium locum, iuxta legem l. titulo 9. libro septimo, nouæ collectæ, si tamen illud transferat, & locus, vnde illud transferat, habet ultra trecentos vicinos, tenetur contribuere ad eam summam in unoquoque eorum oppidorum, pro rata temporis eius anni, in quo in eis habitauit. Si verò locus, vnde domicilium transferat, non habeat ultra trecentos vicinos, tunc eo anno contribuit ibi totum, quod contributurus esset, si integro eo anno ibi habitasset: in alio vero loco, ad quem domicilium transtulit, nihil eo anno contribuet, sed sequentibus. Quando autem domicilium mutatur in locum desertum, seruandum est circa hoc, & circa ea tributa, quæ pedidos vocant, quod. 40. titu. 6. libro septimo, nouæ collectæ, est sancitum.

DISPV. 677.

Quando aliquis rem alterius vendit, permutat, asportat, aut extrahit, quis ad alcaualam, vel alterius tributi solutionem teneatur.

S Y M M A R I V M.

- 1 Alcaualam tenetur soluere is, cuius nomine ac pro scripto res venditur, aut permutatur. Si autem venditor, aut permutator, excedat mandatum quoad excessum tenetur ipse eam soluere. Tabernari tamen quando vinum personæ ab alcauala non exemptum præ vendunt, perinde tenentur eam soluere, ac si suum esset vinum.
2 Alcaualam non debet exemptus vendens, aut permutans, per non exemptum, nec debet negligere ex parte, quam per eum asportat, aut extrahit. Econtra vero ea tributa debet non exemptus, qui per exemptum ea exerceat.
3 Alcauala quantitatim retinere tenetur emptor ex alienigena quousque sibi consistit, solummodo esse gæbellario, etiam si incola, emptore id sciente, vendat rem alienigenam. Emptore vero id ignorante, incola tenetur.
4 Alcaualam debet is, sub cuius vtrahabitione res illius venditur, si ratam eam venditionem postea habeat. Si vero ratam illam non habeat, nullus alcaualam debet, esto venditor de rato emptori, eadē uertit.
5 Vendens, aut permutans, rem alienam ut suam, ad alcaualam tenetur, si emptor igitur ab alienam esse sciret. Si id sciebat, contractus est nullus, alcaualam non deberet.

Bb Res

Res aliena duobus modis vendi, aut permutari, potest. Vno vt aliena, atque loco & nomine eius, cuius ea res est. Altero, vt propria vendentis, esto ipsius non sit, siue id venditor ignoret, siue sciat alienam esse, & male faciat, ac peccet, eam ita vendendo aut permutando. Si priori modo illam vendat, aut permutet, tanquam mandatarius, aut procurator, ea in parte domini illius rei, aliquo ex modis explicatis, praesertim disp. 148. §. 1. & §. 2. tunc non ipse est, qui debet ex tali venditione, aut permutatione, alcauala, sed is, cuius est ea res, & cuius nomine ac loco facta est venditio, siue mandatum (latè sumpto vocabulo vt comprehendit constitutionem procuratoris) ignorent ementes, aut cum illo permutantes, siue illud sciant. Quod si mandatarius excedat mandatam, & quoad excessum sit inualidus contractus, comparatione domini, cuius est ea res, quatenus videlicet quoad talem excessum, est in prauidium eius, nec teneatur ipse stare tali venditioni, iuxta ea quae disp. 572. explanata sunt, tunc, quemadmodum mandatarius quoad excessum teneatur emptori, aut secum permutanti, de euctione, & emptor, aut secum permutans, teneatur illi de pretio, aut de re vicissim permutata, vt eadem disp. 572. visum est, ac proinde, etiam quoad eum excessum, est valida ea venditio, aut permutatio, ex parte tali mandatarij, & emptoris, aut secum permutantis: ita, quoad eum excessum, teneatur mandatarius soluere alcaualam, & non dominus rei venditae, aut permutatae. Quod autem, quando res aliena de mandato domini venditur, aut permutatur, neque mandatum exceditur, dominus rei teneatur soluere alcaualam, & non mandatarius habetur expressè l. 8. tit. 17. lib. 9. nouae collect. quae sic habet. *Ante, el dueno de la cosa vendida, uendiendo se en su nombre, es obligado a pagar el alcauala, y no el que la vende.* Cōsentit lex vlt. ff. de in iutor. act. & affirmat Lassarte & doctores quos citat, de decima vend. ca. 1. & n. 5. Nihilominus tamen eadem l. 8. citata statuitur, vt tabernarij, aut quicumque alij, vendentes vinum alterius personae, quae exempta non sit à solutione alcauale, teneantur in se retinere alcaualam ex vino, quod ita vendiderint: & perinde teneantur recurrere ad collectores alcauale, & reliqua praesertim, ac si vinum esset suum, & vt collectores alcauale, possint illam exigere indifferenter, vel ab illis, facta exequutione in ipsorum bonis, si eam continuo non soluant, vel à domino vini venditi.

2. Illud verò est obseruandum cum eodem Lassarte vbi supra n. 9. & cum alijs, quos citat. Quod si dominus rei venditae, aut permutatae, immunis sit à solutione alcauale, vt si clericus sit, quamuis eam vendat, aut permutet per laicum, abique negotiatione tamen propriè dicta, non debet alcaualam: quoniam exemptio attendi debet ex parte eius, cuius est res uel dicitur, aut permutata, & cuius loco ac nomine venditur, aut permutatur, & non penes instrumentum, aut mandatarium, quo mediante venditur, aut permutatur. Cōsentit l. 8. citata, illis verbis, *que los taberneros, y otros, que vendieren vino de qualquier persona que de nia alcauala, sean tenudos de retener.* Vbi satis inuitur, exemptione attendendam esse penes personam, cuius est res vendita, & non penes instrumentum, quo venditur. Idem est, si iudicis autoritate vendatur res eius qui immunis est à solutione alcauale: neque enim ex ea rei illius vendita ipso inuito, debetur alcauala. Ant verò bene n. 9. citato Lassarte, quod ad effectum exemptionis à tributo, satis est quod is, cuius est res, & cuius mandato venditur, aut permutatur, exemptus sit à solutione alcauale, modo esset de mandato illius venditae, aut permutatae, esto id igno rauerit emptor, aut cum eo permutans. Licet enim mandatarius, si mandatam non manifestaui empto-

Ari, neque expressit nomine alterius vendere, teneatur ipse venditori, & venditor ipsi, & non domino rei, interimque dum de mandato non conitit, teneatur etiam ipse ad alcaualam solutionem: eo tamen ipso, quod mandatam antecedens ostenderit, ac legitime probauerit, & constet simul rem esse mandantis, eumque exemptum esse à tributo, non debetur tributum ex ea venditione, aut permutatione, de mandato illius facta. Eodem modo, si quis nomine exempti à tributo, negotiumque illius ea in parte agens, alportet, aut extrahat aliquid, de quo, nisi esset persona ita exempta, deberetur vectigal, eo ipso, quod sufficienter constat, nomine, & ut rem ita exempti, detinet, vectigal illud non debetur. E contratio autem, si exemptus vendat, permutet, alportet, aut extrahat, rem minime exempti, debetur tributum: peccatque exemptus, & ad restitutionem teneatur: si tanquam suam eam rem vendat, permutet, alportet, vel extrahat.

Cum l. 3. tit. 19. lib. 9. nouae collect. sancitum sit, vt si rei venditor, aut permutator, incola non sit eius loci, teneatur emptor, aut qui cum illo permutat, tantum pretij, aut valoris, penes se retinere, quantum satis sit ad integrè alcaualam soluendam, quo vsq; debitor illius chirographum collectorum alcauale asserat, quo teneatur ipse esse satisfactum: alioquin emptor, aut permutator, illam de suo soluat. Cum haec, inquam, ita facta sint, ait rectè Lassarte vbi supra n. 8. quod si incola eius loci vendat, in eo rem exteri alicuius, ac manifestet emptori, se illam vendere de mandato, aut nomine illius exteri, tunc emptor teneatur seruare tantum de pretio, quantum satis sit, vt soluat alcaualam, interim dum non constat, satisfactum esse collectorum alcauale: quoniam exterus ille rem vendit, ac debet alcaualam: non verò mandatarius, qui loco & nomine illius eam rem vendidit. Si autem incola ille rem vendens, non manifestet, se illam vendere de mandato, aut nomine illius exteri, tunc ipse censetur illam vendere ad effectum, vt teneatur emptori de euctione, & vt ipse solvere teneatur alcaualam, quando dominus rei eam non soluerit, ac proinde emptorem tunc non teneri retinere de pretio donec alcauala soluat.

Quando autem aliquis venderet, aut permutaret, rem aliena sine mandato eius, cuius est, at tamen nomine, & loco illius, eius negotium agens, idque manifestans, tunc quia venditio non est valida, nisi dependenter à rati habitatione eius, cuius est ea res, ut di sp. 337. ac alibi dictum est, utique, si rati habitatio postea sequatur, debetur alcauala ab eo, cuius ea res erat, & cuius nomine venditio facta est. Si verò rati habitatio non sequatur, nulla debetur alcauala: quoniam nam ex venditione, aut permutatione nulla, alcauala non debetur, vt eadem disputatione, & alibi dictum est. Habet autem id verum, etiam si venditor de rati habitatione cauerit emptori. Licet enim tunc venditor emptori teneatur ad interesse, sed disputatione 268. §. tertius, comprobatum est, quia tamen non id circo ea venditio est valida, neque venditor teneatur ad interesse in talis venditionis, sed ex pacto derato insuper addito, quod non est venditio neque permutatio, ex quibus iolis contractibus alcauala debetur, utique ex eo quod, quod de rato cauit, ad interesse emptori teneatur, non sequitur deberi alcaualam ex ea venditione.

Quando aliquis rem alienam vendidit, aut permutauit, non de mandato domini rei, neque negotium illius agens, sed suum, siue ignorans eam rem esse alienam, siue sciens alienam esse, eam uedat, aut permutet, modo tamen emptor, aut qui cum eo permutat, non sciat esse furtiuum, validus est contractus ad effectum, ut venditor dominum pretij, aut rei in commutationem acceptae, acquirat, teneaturque alteri de euctione, ac proinde venditor, ac permutator ad al-

ad alcaualam teneatur tanquam ex veto contractu venditionis, & permutationis, nomine proprio celebrato. Quod autem validus sit uterque contractus modo explicato, ac proinde quod venditor, & permutator, ad alcaualam ex eisdem contractibus teneatur, copiose est comprobatum disp. 327. neque est necesse illa hoc loco repetere. Quando autem emptor sciebat rem esse furtiuum, eamque emit, tunc inualidus est is contractus, vt ibidem ostensum est, ac proinde ex eo contractu inualido alcauala non debetur: pretium tamen amittitur illis, quibus eo loco explicatum est. Atque haec de hac disputatione sufficient.

DISPV T. 678.

An aliquando emptor ad alcaualam teneatur. Et nonnulla circa pactum, vt ad eam teneatur.

S Y M M A R I V M.

1. Dimidium alcauale soluit in Lusitania emptor. Idem quondam erat in hoc regno. Hodie totam soluit venditor. Neque contrarium habet commune.
2. Alcauale dimidium quando habet emptor solvere in hoc regno teneatur. Et quousque emptor teneatur etiam facere certiores gabellarios. Et quando retinere teneatur alcaualam ex pretio.
3. Alcauale solutionem si pacto venditor in emptorem reijciat, gabellarius ad huc illa peti a venditore. Sed venditor reuocari aduersus emptorem habet. Neg, tunc gabellarius cogere emptorem potest eam soluere, nisi venditor illi actionem cesserit.
4. Alcaualam in praedicto euenit (non interueniente cessione venditoris) si gabellarius petat ab emptore, & emptor coram iudice respondere incipiat, cogitur illam etiam si solvere neque gabellarius, scripta ea actione, reuocari vnum habet aduersus venditorem.
5. Alcaualam non debet emptor, esto venditor, immunitatis à solutione alcauale, dicat se vendere. Illi tamen rem tanto pretio franco à solutione cuiusque tributum.
6. Alcauala rei vendita tanto pretio franco, quantum rati habitatio fuerit arbitrarie, debet emptor venditori, si ante id arbitrium eius recipienti alcaualas ad venditoris deueniat. Alcaualam item debet gabellario, qui gabellario aliquid vendit.
7. Alcauala centum & decem aurei debentur, quando venditur praedium mille aureis francis.
8. Ex vendito actio competit, vt impleantur pacta in continentibus addita venditioni, si addita sint velut in compensationem partis pretij, secus si non in talem velut in compensationem sint addita.
9. Alcauala non debetur ex additione in continentibus alterius contractus venditioni: in compensationem partis pretij rei venditae, nisi contractus ista additus permutatio, aut venditio sit.
10. Alcauala solutio iniuste cum restituitione reijciatur in emptorem, si ratiuum lege sit taxati quatuordecim argentei, & quis illo pretio vendat eum pacto, emptor alcaualam insuper soluat.
11. Alcauala solutio si in emptorem reijciatur, quod venditur in alcaualam, est addendum reliquo pretio, ut intelligatur, an res vendita sit ultra dimidium iustij pretij.
12. Alcauala an debeatur minor ex venditione rei minoris pretio, quam valeat, sed compensationem facta eius incrementi aliquo alio.
13. Venditor rei cum pacto in fauorem venditoris efficit illam minoris valoris quoad eam venditionem.

In Lusitania teneri emptorem ad dimidium alcauale, & venditorem ad alterum dimidium, sic est dictum. Atque idem ius fuisse quondam in hoc regno, refert Lassarte de decima vend. ca. 1. §. nu. 1. Poitea vero sancitum est, vt solus venditor ad integrum teneatur, vt saepe est relatum. Quamuis vt pluries in praecedentibus affirmatum, id regula riter redundet in emptores, quibus eo carius res venduntur, quo plus alcauale, & aliorum tributorum, ex eis soluitur: id quod, cum Cornelio Tacito, & Aemilio Ferrato, affirmat Lassarte vbi supra, n. 3.

Doctores plurimi, quos copiose refert Arius Pineda, l. 1. C. de rescind. vend. p. secunda. cap. 3. nu. 40. colligunt ex l. debet. ff. de edict. edict. de iure communi alcaualam, & similia tributa ex venditione, in dubio potius deberi ab emptore, quam a venditore, quasi de iure communi potius ac frequen. vs imponerentur emptori, quam venditori. Merito tamè idem autor cum Cornelio Tacito, & Lassarte, cap. quinto decimo citato, num. primo, & secundo, contendunt nihil tale ex eo iure colligi. Etenim in eo statuitur, si emptor ob vitium rei culpa venditoris non detectum, agat redhibitoria, contractusque rescindatur, venditorem, non solum teneri reddere pretium sed & expensas omnes, quas emptor fecit, non suo Marte, & ex mera sua voluntate, sed vi contractus, aut ex conventionione & praescripto venditoris. Quod si (subiungit textus) forte debeatur vectigal ex tali contractu, & forte iure aliquo priuato sancitum sit, vt illud soluat emptor, hoc etiam teneri reddere venditori emptori: quia vi contractus illud soluit: & quia venditor, qui ita fuit in culpa, teneatur seruare emptorem omnino indemnem ex eo contractu. Sane, cum textus ille bis apposerit particulam forte, non inuit solere frequentius id tributum imponi emptori, sed solum posse euenire, vt ei imponatur.

In hoc itaque regno, in quo sancitum est, vt solus venditor alcaualam soluat, quæritur, num aliquando, maxime ex pacto, illa soluitur teneatur emptor, & quousque tunc conueniri possit, aut debeat. Atque iam in superioribus ex lege tertia, aut quarta, tit. 17. & ex l. tertia, tit. 18. lib. 9. nouae collect. est dictum, ex oleo, quod Hispani venditur, nou Regis, sed primatorum, dimidium alcauale soluere emptorem, & dimidium venditorem. Lege item 31. in fine tit. 19. lib. 9. nouae collect. quamuis solus venditor praecipitur soluere alcaualam, & efficeret certiores collectores intra quinque dies à celebrato contractu sub pena dupli, ad maiorem tamen cautelam praecipitur etiam emptori, vt ipse quoque collectorem certiorum efficiat de re, quam emittit, aut permutatione acquiescit, & à quo, intra tres dies à contractu celebrato, sub eadem pena. Si tamen venditor certiorum faciat collectorem intra quinque dies, emptor non subiacet pena, esto certiorum illum non effecerit. Lege vero 32. subiungitur, si venditor, aut permutator non sit incola loci, in quo celebratur contractus aut esto sit incola, *fuere hombre poderoso, o oficial muestro del tal lugar*, emptor teneatur releuare ex pretio, quantum satis sit ad soluendam alcaualam, donec si bi constet, satisfactum esse collectori, aut compensationem cum illo esse factam, sub pena, vt ipse emptor soluat illam duplam. Excipitur, quando venditur vinum, aut venduntur alia ad victum spectantia, *poruendo*: nam tunc emptor ad id non teneatur. Lassarte cap. 15. citato, num. 10. nomine de poderoso, intelligit etiam venditorem, aut permutatorem, adeo pauperem, vt periculum sit, cum postea non habiturum vnde alcaualam soluat. Quia tamen lex illa est penalnis, & nomen, potentis, neque impropric comprehendit pauperem; sane reijcienda est ea ipsius sententia.

Si quis vendat rem aliquam tanto pretio franco, 3

hoc est, libero à solutione alcaualæ, ita vt pacto inter ipsum & emptorem rejiciat in emptorem onus soluendi alcaualam, quod posse fieri ex se liquet, & colligitur ex l. Iulianus. §. idem Iulianus. ff. de actio. emptio. tunc nihilominus gabellarius cogere potest venditorem soluere alcaualam, quoniam priuatori pacta, neque solum, neque quoniam alium, priuare possunt iure, quod aduersus aliquem habeat, rejiciendo suum onus in alium, vt constat ex l. inter venditorem. ff. de pact. Quare lex 8. titul. 18. lib. 9. nouo collect. que statuit, si clericus à laico rem aliquam pretio franco à solutione alcaualæ, posse nihilominus gabellarium alcaualam petere à tali laico, qui ita vendidit, nihil statuit supra id, quod ius commune habet. Venditor tamen, qui rem vendidit pretio franco, rejiciendo in emptorem onus soluendi alcaualam, recusat ex eo pacto habere aduersus emptorem actione ex vendito, vt sibi soluat alcaualam, quam venditor ipse soluit, vel vt præueniat gabellarium, cuique satisfaciatur, vt constat ex l. inter debitorem citata, iuncta glossa ibi, ex lege 2. Cod. de heredit. vel actio. vend. & ex l. ea conditione. C. de rescind. vend. Vtrum autem vi talis pacti inter venditorem & emptorem, possit gabellarius compellere emptorem, vt sibi alcaualam soluat, merito Lassarte vbi supra numero decimo tertio, neganter respondet, nisi venditor prius gabellario cesserit actionem ex illo pacto, & consensit aperte l. 2. C. de hered. vel act. vend.

Quamuis, vt dictum est, gabellarius non possit cogere eiusmodi emptorem, vt sibi alcaualam soluat, nisi venditor illi actionem cesserit, quia emptor ex parte, seu opponere poterit, ipsum eam illi non debere, nihilominus, si gabellarius agere cœperit ad eam alcaualam aduersus emptorem, & emptor iudicium sua sponte suscipiat, ita gabellarius profectum cum eo iudicium debet, vt pacti cum venditore ad illam soluendam, & oneris emptoris eodem pacto in se suscepti, vt esto gabellarius recurrere velit ad venditorem, vt eam soluat, repellere optime eum possit venditor, iuxta dispositionem legis 2. Co. de pact. qua habet, quando quis vendidit hereditatem aliquam, licet creditores, quibus aliquid hereditatis iacet, actionem non habeant aduersus emptores, sed aduersus heredem, qui hereditatem vendidit, qui rursus actionem habet aduersus emptores, vt id, & cetera onera hereditatis sustineant, nihilominus, si creditores actionem intentent aduersus emptores, emptoresque sua sponte actionem suscipiant, eiusmodi creditores non habent postea recusat aduersus heredem, sed repelli possunt exceptione ex pacto tacito, vt lege citata habetur: idemque prorsus est in re, de qua disputamus. Glossa vltim. ibi, & doctores communiter, id intelligunt, de pacto eo ipso tacito eiusmodi creditorum cum heredem, quod nolunt eum conuenire, sed contenti sint conuenire emptores hereditatis. Atque tunc, cum ad pactum tacitum consensus tacitus vtriusque partis in necessarius, dicendum erit, ex parte creditorum esse consensum tacitum, qui colligitur ex actione, quam aduersus emptores hereditatis intentant, prætermisso heredem ex parte vero heredis, esse consensum omnino presumpsum, quod id gratum sibi sit, illudque velit, esto id ita fieri ignoret, neque ea de re interrogetur.

Lassarte vbi supra, numero 16. potius existimat eam legem esse intelligendam, de pacto tacito inter creditores hereditatis, & emptores eiusdem hereditatis, vt prætermisso heredem, locoque heredis, emptores hereditatis conueniantur: eo enim ipso, quod creditores aduersus emptores actionem intentant, & emptores pretio iudicium illud subeunt, vt postea euentus iudicium heredis de re eadem aduer-

sus ipsos, tacite censentur vtrique in eo pacto conuenire, idque validum est, esto heres non pacificus, quatenus liberati heredem, cedit in commodum emptorum hereditatis, argum. ex l. i. vnus §. quod si sine ff. de pact. Magis vero lex secunda citata loquitur de hoc pacto tacito inter creditores hereditatis, & inter emptores, quare de illo alio creditorum cum heredem, vt bene Lassarte. num. 16. citato probat.

Ex hæcenus dictis insert bene Lassarte vbi supra num. 17. esto in hoc Castella regno venditor, qui lege, aut privilegio, immunis est à solutione alcaualæ, dicat se vendere tanto pretio franco rem suam, subijcereque emptorem oneri, vt soluat quodcumque tributum ex illa fuerit debitum, non proinde emptorem teneri soluere alcaualam, neque gabellarium posse illam ab eo exigere, nisi expresse in fauorem gabellarii, dixerit venditor, dum rem vendebat, se renunciare privilegio suo, quo immunis est à solutione tributis. Ratio autem est, quoniam solus venditor debet in hoc regno alcaualam, & non emptor, neque vi pacti, quod pretio franco res vendatur, & quod emptor teneatur ad tributa, que ex illa debentur, aliter censetur emptor debitor alcaualæ, aut alterius tributis, quam quatenus venditor ad illud teneatur: quare cum in te proposita, venditor ratione sui privilegij ad alcaualam non teneatur, neque emptor ad illam tenebitur, ac proinde gabellarius exigere iuste ab illo eam non poterit.

Idem Lassarte nume. 18. ex cod. cap. affirmat, si quis vendat fundum suum tanto franco pretio, quantum Titius fuerit arbitratus, atque post venditionem ea forma contractam, eueniat ut alcaualæ hereditatis eius loci ad venditorem pertineat, quia videlicet illas concessit tanto pretio, & postea sequatur Titij arbitrium, venditorem ultra pretium à Titio taxatum, non posse petere ab emptore alcaualam. Dicitur, quia emptor non teneatur ad illam, nisi ratione venditoris, & quantum venditor teneatur: eo autem ipso, quod alcaualæ ad venditorem pertinet, venditor alcaualam non debet; eo quod nullus sibi ipsi quicquam debet: potius tamen extimaretur contrarium, nisi Titius in eo euentu, ultra pretium alioquin francum, arbitratus esset incrementum alcaualæ soluendum venditori. Ratio est, quoniam venditor censetur vendidisse tota latitudine pretij franci & alcaualæ, quæ tota latitudine est pretium iustum rei sue: & quoniam illa alcaualæ ad se pertinet, non nomine proprio, sed nomine & loco Regis, neque ad se pertinet titulo gratuito, sed oneroso: quare in eo euentu ex eo, quod per accidens titulo oneroso ad ipsum deuenit ius recipiendi alcaualas loco & nomine Regis, æquitas non patitur, ut priuatur emolumento illo, parteque illa iusti pretij rei sue, quod ex conuentione debebatur Regi loco sui, atque ex re sua, & sibi loco Regis. Idem Lassarte ibidem cum Paradorio recte subiungit. Si venditor gabellario ipsi fundum suum vendit centum aureis, gabellarium, perfoluto pretio, posse exigere alcaualam, aut eam deducere de pretio antequam pretium soluat: quoniam est distinctum debitum, quod venditor ex uenditione illa debet gabellario.

Illud cum Lassarte vbi supra, num. 19. Paradorio, & alijs, est notandum. Siquis vendidit fundum pretio franco, hoc est, *horro de alcaualæ*, mille aureis, non satisfecere emptorem gabellario, si insuper illi soluat centum aureos, qui sunt decima pars mille aureorum: quoniam alcaualæ soluenda ex uenditione, est decima pars integri pretij, atque adeo, quod in alcaualam soluitur, computandum est in latitudine tota pretij, unde alcaualæ soluitur: ex mille autem & centi aureis pretij, debetur in alcaualæ

alcaualam centum & decem; ceterum quidem ex mille, & decem ex alijs centum. Atque hoc iure, inquit, Lassarte vtmur. Subiungit autem, neque iterum ex illis decem debet solui unus in alcaualam, & ex illo vero decima pars, & ita consequenter: quoniam, quando venditur res pretio franco mille aureis, tantum ascendere debemus in pretio ultra mille, quousque soluta integre alcaualæ, maneat venditori mille aurei. At certe, nisi & ille ascensus totus in pretio fiat, remanere non possunt emptori mille, perfoluta integre gabellario ex pretio alcaualæ: quare, in rigore, totus ille ascensus, quicquid Lassarte in contrarium dicit, fieri debet. Tametsi æquitas possulet, vt in eo rigoroso ac graui habeat usus, non tamen exactio fiat. Quo fit, vt, si id non habeat usus, vt habere non videtur standum sit consuetudini.

Est vero ad negotium alcaualæ, de quo disputamus, & ad plerique alia magnopere obseruandum, ex l. qui fundum, ex l. primo partem. ff. de contrah. empt. ex l. teneatur. §. primo, ex l. si sterilis. §. si tibi, ff. de act. empt. ex l. i. venditor, in fine, iuncta l. sequenti. ff. de seruis ex port. pacto venditionis alienus rei pro aliquo pretio, multipliciter posse conungi in continentem pactum aliud. Primo, quasi in augmentum pretij, seu recompenlationis pro ea re vendita: quia si licet interest vendenti tale aliud pactum impleri, eaque de causa rem vendit minori pretio, quam alioquin illam venderet, nisi simul interveniret ea recompenlatio impletionis illius alterius pacti. Sic, inter alia iura, habetur. l. fundi partem citata, quæ est Iaboleni iuricon sultij, vt habent eodices emendatores, & non Labeonis, à cuius sententia in ea lege discidium. Verba eius legis hæc sunt. *Fundi partem diuidiam ea lege vendidisti, vt emptor alteram partem, quam retinebas, amiss decem. certa pecunia in annos singulos, eodem tamen habebat. Labeo & Trebatius negant, posse ex vendito agi, vt id, quod conuenit, fiat. Ego contra puto; si modo ideo vitium vendidisti, ut hoc tibi conuenit præstaretur: nam hoc ipsum pretium fundi uideretur, quod eo pacto uendendum fuerat: eog. iure utitur.* Hæc tunc lex illa. Secundò, quia licet res iusto alioquin pretio vendatur, interest tamen venditori non aliter eam vendere, quam sibi pacto alio in continentem subiungendo, Vt si alicui offeratur pretium iustum pro domibus, quas inhabitat; & quia non habet alias ad habitationem, neque forte facile eas commode inueniet, deducatur in pactum, vt emptor simul alias suas domos in tot annos certo aliquo pretio ipsi locet, quia aliter non vult vendere, nec deserere domus suas: quia enim hoc ad interesse spectat venditoris, quo iuste non vult carere, quia alioquin molestiam, iacturam, & incommodum patietur, vti que iuste hoc grauamen exigat ac imponit emptori pro domibus suis, quasi in partem insuper pretij, seu interesse pro suis domibus. Hoc itaque differt hic posterior euentus à priori, quod in priori aliquid de pretio iusto rei vendita detrahitur propter grauamen ex pacto adiecto, quo pars pretij eo pacto adiecto censatur: in posteriori vero hoc pactum adiectum nihil de pretio iusto detrahitur, quo res vendetur, si domorum dominus alias domus haberet ad suam commodam habitationem; at tamen sicut venditor propter id suum incommodum, quod ex uenditione sequitur, possit, dum rogatur, petere augmentum pretij, quo id incommodum compensaretur, ita, loco cuius augmenti, petere poterit in eandem compensationem, celebrationem simul illius alterius contractus. Quod ad rem itaque presentem attinet, parum refert, siue propter contractum adiectum venditor minuat de pretio iusto rei, siue non minuat, sed componat aliqd suum detrimetum, in cuius compensationem iuste exigere poterit pretij augmentum: nam virtute vtriusque aliquid de pretio, quod poterat iu-

ste exigi, minuitur propter pactum adiectum. Quia ergo, quando in aliqua venditione permittitur aliquid permutationis, aut alterius contractus, siue non minati, siue innominati, quo, vna cum pretio confituito, compensatur totus valor rei venditæ, aut pretium totum, quod pro illa ex quacumque circumstantia poterat iuste exigere, contractus simpliciter quoad compensationem totam reputatur venditori mille aurei. At ostensum est (modo tamen pretium excedat reliquam valoris, quod pactis alijs permixtis atque in continenti additis compensatur) inde efficitur, quod omnibus iuribus citatis concedi dicatur actio ex vendito ad impletionem similitum contractuum in continenti venditioni adiectorum, aut ad interesse, si impleri iam non possint: id quippe totum pertinet ad exactiorem integri pretij, seu valoris cõstituti pro re vendita: pretium autem, & res loco pretij, quæ ex venditione debentur, actione ex vendito exiguntur.

Illud insuper obserua, contractui venditionis posse addi in continentem pactum minime ad substantiam venditionis spectans, vt pote ad interesse, aut quali interesse, vendentis, pro re, quæ venditur, nihil attinens: & tunc, esto in continenti pactum illud ad iacturam venditioni, simulque cum illa celebratur, imò est vendens non velle rem vendere, nisi celebrando simul id aliud pactum, non competit venditori actio ex vendito ad cogendum emptorem, vt impleat hoc pactum, aut ad interese ex eo, quod illud non impleuerit: sed agere debet ex illo alio pacto, siue nominato, siue in stipulatione vallato, siue innominato, veltamen tamen coherentia in continenti contractus venditionis, cum quo est simul celebratus. Nisi tamen pactum contineret quid inhumanum, & irritum nabile attentis circumstantijs concurrentibus; vt si mancipium venderetur certo pretio, appositio pacto certe pœne, si illud manumittatur: tunc enim ea pœna exigi non possit, esto stipulatione sit promissa, vt habetur. l. si venditor. ff. de seruis export. Exempla eius, quod precipue obseruamus, sunt, verbi gratia, si Petrus simul vendidit Ioanni agrum, & illi locauit domos, aut equum, vel ab eo conduxit, vel aliquid aliud pactum celebrauit, non quasi in commutationem simul pro re vendita, aliquo ex duobus modis supra explicatis, non competit Petro actio ex vendito aduersus Ioannem, vt adimpleat eos contractus, aut vt soluat interesse, si illis tempore congruo non impleuit: quoniam contractus illi nihil attinent ad contractum venditionis, ad illiusve substantiam: sed agere debet ex ipsi finet cõtractibus, locationis, cõductionis, stipulationis, aut alterius, quæ simul cõ venditione celebratur, vt cõsentit aperte l. fundi parte citata, & habetur. l. si venditor citata. Vbi additur, si quis vendit ancillam cõ pacto, non prostituitur, aut ne in alia loca deportetur; quoniam id interest vendenti, atque ad ipsum illius affectum attinet, idque quasi in partem pretij, & recompenlationis pro ancilla, exegerit; agi poterit ex vendito, vt eis pactis stent, & impleantur.

Quæ dicta sunt intendit Lassarte de decima vend. c. 15. citato à nume. 19. cum *Casus Molinæ*, Andraæ ab Exea, & alijs, quos citat; tametsi nõ ita exacte ea explicent. Illud vero non probat, quod Lassart vbi supra, à nu. 24. ex hæcenus dictis intendit. Neque in euentibus, in quibus dictum est, pactum in continenti venditioni appositum, augere pretium pro re vendita, eaque de causa competere venditori actionem ex vendito, vt id pactum impleatur, posteq; ex vendito agere ad interese, si tempore congruo non impleatur, in eis, inquam, euentibus, prudentis arbitrio æstimandum esse, quantum ex tali pacto accrescat pretij conuenti pro re vendita, vt inde etiam alcaualæ exigatur, ac soluat. Hoc pro certo non probat.

probo. Quoniam alcauala in hoc regno, & in Lusitania, solum debetur ex mera venditione, quoad verum ac formale pretium conuentum pro re vendita, & ex permutatione: quod si venditioni permiscetur aliquid permutationis, utque contractus, praevisus vnus ab alio, consideratur, atque ex mero contractu venditionis, spectato praecise a permutatione, debetur vna alcauala: ex permutatione vero, praecise spectata a venditione, debetur duplex alcauala, vt disputat. 377. cum hoc eodem autore comprobatur aperte est. Quod si venditioni, aut permutationi, admisceatur aliquis alius contractus, siue nominatus, siue innominatus, ex illo profecto non debetur alcauala. Quare, si pro re vendita minus veri pretij, hoc est, pecuniae, conueniatur, quam talem res vendita valeat, & loco alterius partis valoris eiusdem rei, in eam simul alius contractus locationis, conductionis, vel alius similis, nominatus, aut innominatus, quo compensatur illa alia pars valoris rei venditae, vti que neque ex tali locatione, conductione, aut alio contractu, debetur alcauala, vt est notissimum; ne que in ex compensatione ipsa talis partis aestimatis rei venditae ex contractu, in continenti appositio, quae uirtute est distinctus alius contractus innominatus, de eadem rem venditam, quoad id aestimatis, seu eam partem aestimatis remitto, vt mecum simul in eas hunc alium contractum: ex nullo si quidem contractum innominato, praeter permutationem, alcauala debetur, vt dictum est. Equidem ex inuocatio fuisse videtur, quae hunc sefellit autorem in re, de qua disputamus. Etenim quando in venditione, vna cum vero pretio, hoc est, cum pecunia, compensatur res vendita aliqua alia re, si pretium superet valorem alterius rei, contractus reputatur solum venditio, ad effectum actionis, quae ex illo competit, vt integer compleatur, quae actio nuncupatur ex vendito: idque, quo res vendita, vna cum pretio, compensatur, pretium, seu pars pretij, talis rei venditae reputatur: quoniam non extrahit contractum a ratione venditionis verae, vt disputat. 377. dictum est: atque iuxta hanc doctrinam, & in hoc sensu, loquuntur, i. fundi pars, & alia iura supra citata, quae in eo euentu actionem ex vendito concedunt. Ceterum, quod ad alcaualam attinet, solum reputatur venditio, quod vero pretio compensatur, & quatenus vero pretio compensatur, vt ibidem ostensum est. Quod si admisceatur simul permutatio, in de etiam duplex alcauala debetur. Ex admixtione vero cuiuscunque alterius contractus, siue nominati, siue innominati, nulla sane alcauala debetur, vt saepe dictum est.

10. Iuxta haec tenus dicta, recte Lassarte vbi supra num. 1. r. infert aduersus Ludouicum Mexia, falsam esse illius sententiam, qua asseruit, si triticum lege iusta sit taxatum quatuordecim regalibus argenteis pro saneca, quam vocant, licite venditorem posse recipere ab emptore quatuordecim regales pro ea, cum pacto, vt emptor soluat in super alcaualam. Ducitur, quoniam in eo euentu, venditor solum accipit in pretium quatuordecim regales lege taxatos. Cum vero alcauala in hoc regno a venditore sit soluenda de ipso pretio, vti que, reijciendo onus alcauale in emptorem, plusquam quatuordecim regales accipit in pretium: imo tunc maiori pretio vltra quatuordecim regales, quam sit decima pars eorum, censetur vendidisse: quoniam eam decimam partem, & insuper decimam partem eius decimae partis, cum minimum cogetur solvere emptor loco venditoris, vt supra ostensum est. Quare, non solum id erit in fraudem legis, cum onere restituendi totum eum excessum, sed etiam si vltra venditionem tritici pro quatuordecim argenteis, initum cum ea sit aliquid aliud pactum in grauenam emptoris, & in commodum

A venditoris, quod pecunia sit aestimabile; id etiam factum censetur, ac vere est, in fraudem legis, cum onere restituendi eam a estimationem, vt habetur. l. prima, titu. 25. lib. 5. nouae collect. & disputat. 364. dictum est.

11. Ex dictis facile constat, si res, cuius pretium lege non sit taxatum, vendatur cum pacto, vt emptor soluat alcaualam, ad iudicandum, an pretium sit vltra dimidium, aut infra dimidium, iusti pretij, in eo esse computandum, etiam quod emptor soluit in alcaualam, vt est satis perspicuum, & obseruat Lassarte vbi sup. num. 27.

12. Quod si res, quae longe minus valet, vendatur maiori pretio, sed compensatione venditore id, quod plus accipit, vel locatione alterius siue rei eidem emptori minori pretio, vel aliquo alio, quod det ei aut faciat in fauorem illius, tunc contractus ex ea compensatione redditur aequalis ac iustus. Quod si id, quod in super dat in compensationem, sit vendibile, censetur facta venditio vti que rei pro eo pretio, atque ex tota latitudine pretij debebitur alcauala. Si vero non fiat illius venditio, sed sit locatio, aut contractus alius, tunc, in rigore, atque in conscientia foro, non debebitur ex toto eo pretio alcauala, sed solum ex ea parte, ex qua resultat iusta venditio illius rei. In foro tamen exteriori fortasse non audietur venditor, qui ita contraxisset, sed ex toto pretio accepto titulo venditionis illius rei, cogetur soluere alcaualam.

13. Lassarte vbi sup. num. 33. obseruat, si res vendatur cum pacto in fauorem venditoris, quod rem ipsam afficit, neque ita liberam relinquat emptori, ac esset, si sine eo pacto venderetur, tunc id pactum minoris valoris illam reddere ad talem venditionem. Vt si vendatur cum pacto de retrovendendo, aut cum alio, quo integrum venditori relinquatur, res soluere venditionem; vel si res vendatur cum pacto, vix ea in super certus annuus census soluatur: vel mancipium vendatur cum pacto, vt iuraturum tempus manumittatur, vel vt non extrahatur ex tali prouincia.

DISPV T. 679.

D Vtrum de parte pretij, quae non deuenit ad venditorem, soluere teneatur alcaualam. Et quid de ministris, qui exigere teneantur tributa, & inquirere, ac manifestare ea occultantes, neque id efficiunt.

S V M M A R I V M.

- 1 Alcauala debetur de toto pretio rei venditae, non deducendo expensas factas in illa vendenda.
2 Alcauala ex eo pretij augmento, quod promittidos vocant, non debetur.
3 Tributorum exactores, & ad id custodes, ad qua restitutionem teneantur, si debite minus suum non exquantur.

D Vbi est vtrum de pretio, pro quo res venditur, deduci debeant expensae a venditore factae in re vendenda, vt in illa asportanda ad locum, in quo est vendenda, item quod datur ei, qui loco domini eam vendit, & quod datur proxenetae, atque similiter aliae expensae, vt de solo reliquo pretij, quod ad venditorem deuenit, soluere debeat alcaualam, non vero de illa parte, quae confinitur in similibus expensis. Licet quidam, quos Lassarte de decima vend. c. 16. num. r. refert,

refert, arbitrati fuerint, de pretio rei venditae deducendas esse similes expensas, & de sola reliqua parte eius pretij soluendam esse alcaualam: dicendum tamen est cum eodem Lassarte ibidem, num. 3. Parladorio, & alijs, in hoc regno soluendam esse de toto pretio, pro quo res venditur, nullas omnino deducendo expensas in re vendenda effectas: sicut etiam Ecclesiae soluitur decima omnium fructuum, no deducendo expensas in eis colligendis factas; cum tamen fructus intelligi soleant, qui remanent deductis expensis. Ratio autem potissima huius assercionis est, quoniam hoc tributum impositum est, vt soluat ex toto pretio, pro quo res vendita fuerit: si enim lex 1. titulo 17. lib. 9. nouae collect. habet Que paguen porraz on della (alcauale scilicet) de cada diez maravedis vno, de todo el precio por que vendierem. Atque ita receptum est in praxi. Ac sane, si expensae essent deducendae de pretio, ostium magnum litibus, ac defraudationibus alcauala aperiretur.

2. Dubium deinde est, quando in rebus, quae venduntur in publica subhastatione, interueniunt promittidos, quos vulgus vocat, vt, verbi gratia, quod quicumque licitatus fuerit supra alios, accipiat quartam, aut tertiam partem eius pretij, quod supra alios fuerit licitatus, ita vt si nullus supra ipsum sit postea licitatus, sed ipsi res vendatur, ut supra sit postea licitatus, sed ipsi res vendatur, ut supra sit postea licitatus: si vero alius supra ipsum sit licitatus, vltimus, qui fuerit licitatus, & cui res fuerit vendita, teneatur de integro pretio illi soluere eam tertiam, aut quartam partem pretij, quod ipse auxit supra alios. Dubium, inquam, est, vtrum quando in venditione interueniunt eiusmodi promittidos, quae soluenda ac deducuntur de toto pretio, quod vltimus, cui res venditur, fuerit licitatus, sit soluenda alcauala a venditore de toto integro pretio, an vero solum de eo, quod ad ipsum peruenit, deducta reliqua parte, quae ad promittidos spectat. Parladorio & Lassarte vbi sup. nu. 4.

A relatus, censet, alcaualam solum esse soluendam de parte pretij, quae ad venditorem deuenit, deducta re liqua, quae ad promittidos spectat. Lassarte vero vbi supra num. 6. contrarium asseruit. Ratio autem illius est, quoniam id totum vere est pretium rei illius venditae, & vt tale tenetur vltimus licitator anterioribus soluere: quae ipsis debentur de promittidos, tanquam debita illis a venditore, quae vltimus licitator ex pretio rei venditae illis soluit loco & nomine venditoris, qui ea illis promisit sub ea conditione, si licitarentur, vt re ipsa licitati sunt. Item quoniam venditor duo genera contractus in eo euentu celebrat. Vnum, venditionis cum vltimo licitatore, cui rem vendit pro integro pretio pro illa ab eo promissa. Alterum vero genus est contractum innominatum cum singulis licitatoribus, nempe de tertia, aut quarta parte pretij, quod licitando auxerit, vt ita augeas ac licite, siue tibi res vendatur, siue non; modo tamen illa in tali publica subhastatione talem vendatur: quod autem impleto hoc contractu innominato a singulis licitantibus, eis a venditore debeatur ea pars pretij, quae detrahenda est de integro pretio, pro quo res tandem fuerit vendita, vti que non impedit, quominus res tandem pro toto eo pretio sit vendita, ac proinde quod venditor ex toto eo pretio debeat alcaualam soluere. In hanc sententiam inclinarem, nisi audirem contrarium in more esse positum: cui est standum, maxime in materia hac odiosa.

C De custodibus, & alijs ministris publicis, qui ex officio tenentur inquirere apportantes merces, & celebrantes venditiones, ac permutationes, & alia, ex quibus tributa debentur, tum vt ea soluant, tum etiam vt transgressientes leges ea de re fatas, ac fecerunt, poenis eisdem legibus statutis afficiantur, neque id opere praesant, commodius dicitur in rebus in materia de restitutione, dum sermo fuerit, ad quam restitutionem teneatur non obflans, & non manifestans.

F I N I S.

